



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac
Limitationibvs**

Dueñas, Pedro

Venetiis, 1566

Regvla CCCXXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

lam probat text. in l. si ita scriptum, in §. si sub conditione, ff. de legat. 2. & ita per illam text. tenet Guliel. Benedict. in reper. c. Rainutius, in ver. si absque liberis moreretur, el. ij. nu. 107. & 116. de testa.

Hanc regulam limitat sex modis, vbi ponit rationem huius regulæ, & eam notabi. examinat Guliel. Benedictus in d. cap. Rainutius, in dicto verbo, si absque liberis moreretur, el. ij. num. 116. cum alijs.

REGVLA CCCXXXIX.

FIDUCIARIS VM ex futuro euentu pendēs potest per pactum remitti. Hanc regulam probat text. & ibi Barro. & Docto. in l. C. de pact. glo. in l. si ita scriptum, in §. si sub conditione, ff. de legat. 2. & in c. Rainutius, de testamen. Circa quam regulam vide Guliel. Benedict. in reper. d. cap. Rainutius, in verbo si absque liberis moreretur, el. ii. nu. 105. cum alijs, de testament. vbi assignat rationem huius regulæ.

Hanc regulam ampliat quinq; modis & limitat alijs quinq; modis Franc. Purpura in l. j. a nu. 9. vsque ad nu. 49. C. de pact.

REGVLA CCCXL.

FILIA per statutum a paterna successione exclusa non retinet iura futuri. Hanc regulam ponit Bar. in l. j. in §. sciendum, ff. de iuis & legi. here. nu. 2. & in l. j. §. pater, ff. de coniungen. emancipat. lib. eris. Bal. in l. maxima vitium, in fine. C. de libe. pret. vel exhered. Rom. in l. apud Iulianum, in §. idem Iulianus, nu. 52. ff. ad Trebell. & in l. ventre, ff. de acqui. hered. nu. 10. Alex. in consi. cxxxix. l. j. la. in l. si emancipati, nu. 34. C. de collat. & in l. si arrogator nu. 20. ff. de adopcio. Decius in l. iura sanguinis, ff. de regul. iur. Maturinus Montanus in Auth. de heredibus ab intest. veniē. pagi. 34. in fi. ver. ceterum dubitan potest, collat. ix.

Hanc regulam limitat quinque modis, vbi notabi. cam examinat, Alber. Bru. in tracta. statutorum, in x. artic. princip. in iij. quæst. mme. 1. cum sequen.

REGVLA CCCXLI.

FILATIO ex sola nominatione non probatur in extraneis. Hanc regulam probat text. in l. non nudis, & in l. non epistolis, C. de probat. gl. in c. Michael, de filijs, presby. & in c. per tuas, de pbat. & in c. illud, de præsump. & in c. transmissæ, & in c. per tuas, qui filij sui legiti. Circa quam regulam vide que dicam in regula sequenti.

Amplia primo procedere, quod nec in præiudicium tertij præsumptionem faciat. Ita concludit Ias. in consil. lxxxij. nu. 2. vol. 1. & in consil. c. ij. col. j. vol. iij.